

etiam providere ex pacto . . principi Tharenti¹ de certa quantitate gentis armate pro negotio imperii Constantino-politani. Et cum filiis suis hospicia propria habere concesserit² et ex certa causa in isto principio habebit pro eis multas expensas subire, vix ita subito absque gravamine suo posset iuxta intentum domini pape dicte Terre subvenire, presertim quia opportheret, quod subsidium continuaretur usque ad passagium suum nec esset sibi honor hoc incoare, nisi continuaretur. Subsidium vero decimale non decet ipsum neque vult expendere nec ad illud manus extendere usque ad passagium, ymmo ordinavit se ad congregandum thesaurum de proventibus regni sui, cum quo una cum subsidio decimali possit perficere votum suum. Vult et enim debita solvere, restitutiones facere, sic quod servitium suum Deo, cuius negotium agitur, gratum esse debeat et acceptum. Preterea si ipse pro subveniundo in presenti extenderet manus ad peccuniam^a decime, obloquerentur multi, et si viderent tempore passagii, quod dominus rex non habundaret in peccunia et thesauro, multi magnates, qui transibunt, si ipsum sciverint habundare, nullatenus transfretabunt^b, quia sperant quod rex eis in necessitatibus subveniat, quod non posset facere, nisi sicut premittitur habundaret. Et cum subsidium decimale concessum sit multum tenue ad tantum negotium^c exequendum, provideat circa hec dominus papa et tales subventiones^d fieri ordinet, que una cum bonis ipsius regis, que vult et intendit exponere pro ipso negotio, ad ipsius exequutionem^a sufficere possint. Et vult dominus rex ad omnem suspicionem tollendam, quod subventiones huiusmodi faciendo recolligantur et expendantur pro dicto negotio iuxta ordinationem ipsius domini pape, cum rex ad ipsum negotium purissimam habeat voluntatem, ipse autem dominus rex iuxta sui possibilitatem in hiis et aliis voluntati domini . . pape obtemperare intendit et etiam se gravare.*

a) So Or. b) 'transfretabunt' Or.; 'bu' auf Rasur? c) Mit 'negotium' beginnt das angenäherte Blatt. d) Das zweite 'u' corr. über 's'.

1) Philipp II. von Anjou, Fürst von Tarent, ein Enkel Karls von Anjou, gest. 1331. Er vermählte sich 1313 mit der Titular-Kaiserin Katharina II. von Valois, einer Enkelin Philipps I. von Courtenai, einer Tochter Karls von Valois. Siehe auch Boutaric, Philippe le Bel S. 413 über die Orientpläne Philipps des Schönen. 2) Ueber die Einkünfte, die Philipp seinen Brüdern und Söhnen schuf, speciell über die Apanagen und den Hofhalt Philipps von Poitou siehe Lehugueur a. a. O. S. 12 ff.